

LUC. x. significat. Et in Propheta, Psalm. xxxiv. 14. „Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum sic, complacebam.“ Sed quia excellentior, ac supra nostram naturam est divina substantia, præceptum dilectionis Dei à proximi dilectione distinctum est. Ideoque licet Deus omnia nobis impendat beneficia; non tamen nomine proximi includitur in illo præcepto, quem non sicut nos diligere debemus, sed plusquam nos toto corde, & tota anima. Christum vero, in quantum homo est, sicut nos diligere debemus, ejusque secundum hominem dilectio illo continetur mandato: quem etiam secundum hominem magis quam nos, sed non quantum Deum debemus diligere: quia in quantum est homo, minor est Deo. Ex Augustino Lib. I. de Doct. Christ. cap. xxx.

Quibus modis dicitur proximus.

HIC notandum est, proximum dici diversis modis, scilicet conditione primæ nativitat, spe conversionis, propinquitate cognationis, ratione beneficii exhibitionis.

DIVISIO TEXTUS.

HIC determinat de charitate per comparationem ad ipsum diligibile: & dividitur in duas partes. In prima inquirat quid sit per charitatem diligendum; in secunda quo ordine, dist. xxix. ibi: *Post prædicta de ordine charitatis agendum est.* Prima in tres. In prima ostendit ad quos se extendit præceptum charitatis quantum ad homines; in secunda quantum ad Angelos; ibi: *Oritur autem hic questio; in tertia elicit ex dictis quamdam distinctionem, ibi: Hic notandum est.* Circa primum duo facit. Primo determinat veritatem; secundo removet dubitationem, ibi: *Hic videtur Augustinus tradere, quod ex præcepto non tenemur diligere nosmetipsos.*

QUÆSTIO I.

HIC quaeruntur septem.
Primo. Utrum virtutes sint ex charitate diligendæ.
Secundo. Utrum (1) inanimata.
Tertio. Utrum Angeli.
Quarto. Utrum demones.
Quinto. Utrum mali homines.
Sexto. Utrum homo ex charitate seipsum diligere possit.
Septimo. Utrum proprium corpus.

ARTICULUS I.

Utrum virtutes sint diligendæ ex charitate.

2.2. quest. xxv. art. 1. & I. dist. xvii. q. 1. art. 5.

1. **A**D primum sic proceditur. Videtur quod virtutes ex charitate sint diligendæ. Augustinus enim dicit, Lib. VIII. de Trin. c. vii. & viii. *Qui diligit fratrem, dilectionem qua diligit, magis diligit.* Sed dilectio qua proximus diligitur, est virtus charitatis. Ergo virtutes ex charitate sunt diligendæ, cum proximus diligatur ex charitate.
2. Præterea. Propter quod unumquodque tale, & illud magis. Sed amicitia vera diligit amicum propter honestum. Ergo diligit honestum etiam magis quam amicum. Ergo & charitas, quæ est amicitia quædam, ut dictum est, distinct. xxvii. quest. 11. art. 1. corp. magis est dilectiva virtutum quam etiam proximorum.
3. Præterea. Actus primi, & actus reflexi super eos ad eandem potentiam pertinent, quia sunt ejusdem rationis; sicut intelligere aliquid intelligibile, & intelligere se intelligere. Sed ad actus ejusdem rationis pertinet eadem virtus. Ergo cum per charita-

tem diligatur proximus, per charitatem diligetur dilectio qua diligitur proximus, & eadem ratione alia virtutes.

4. Præterea. Ex charitate diligenda sunt illa quæ ad beatitudinem referuntur. Sed virtutes in beatitudinem ducimur, & nobiscum manent in beatitudine. Ergo virtutes ex charitate sunt diligendæ.

5. Præterea. Caritas est dilectio finis ultimi. Sed ultimus finis nostræ vitæ est beatitudo. Ergo beatitudinem ex charitate diligere debemus. Sed virtutes, & gratiæ, cum consummantur, in beatitudinem transeunt. Ergo virtutes diligendæ sunt ex charitate.

Sed contra est quod Augustinus, in I. Lib. de Doct. Christ. cap. xxxi. sufficienter enumerat ea quæ sunt diligenda ex charitate, & nullam mentionem facit de virtutibus, ut patet in littera.

Præterea. Illud quod propter nos tantum diligimus, non diligitur ex charitate: quia *charitas non quaerit quæ sua sunt.* I. Corinth. xi. 13. Sed virtutes propter nos tantum diligimus, quia in seipsis non subsistunt, cum accidentia sint: unde neque bonitatem habent, nisi secundum quod in nobis sunt. Ergo non sunt diligendæ ex charitate.

Præterea. Illa sola sunt ex charitate diligenda quæ nobiscum participant beatitudinem. Sed virtutes, cum sint accidentia, non sunt capabilia (2) beatitudinis, nec etiam vitæ. Ergo non sunt ex charitate diligendæ.

SOLUTIO.

Respondeo dicendum, quod cum charitas amorem includat, & aliquid addat, diligit aliquid ex charitate contingit dupliciter. Uno modo sicut id ad quod amicitia charitatis terminatur; & hoc modo non diligitur ex charitate nisi illud ad quod nata est amicitia esse. Amicitia autem non potest esse ad virtutes, nec ad aliqua accidentia propter duo. Primo quia amicitia facit ut homo velit amicum esse, & bona habere. Accidentia autem non habent esse per se, nec bonitatem per se, sed eorum esse est eis in substantiis; unde quod volumus virtutes, & accidentia esse, hoc ad substantiam refertur, quam volumus sub illis accidentibus esse, vel bene esse habere. Secundo quia amicitia consistit in quadam societate, secundum quod amati seipsos redamant, & eadem operantur, & simul conversantur: unde amicitia non potest esse nisi ad aliquid quod sit natum agere. Et quia agere non est accidentium, sed substantiarum, ideo non potest esse amicitia ad virtutes, neque ad alia accidentia; & ideo non possunt virtutes diligi ex charitate, sicut ad quæ charitas terminetur. Alio modo potest aliquid diligi ex charitate sicut ad quod terminatur amor (3) (seu dilectio) qui in charitate

(1) Al. animata. (2) Seu capacia. (3) In edit. Nicolai deest seu dilectio.

SOLUTIO.

Respondeo dicendum, quod ad res irracionales non potest esse amicitia eisdem rationibus quibus nec ad accidentia. Quamvis enim esse habeant in quo subsistant, & operationes aliquas habeant, non tamen nobiscum in vita communicant humana, neque quantum ad esse, neque quantum ad operationes vitæ: & ideo non est ad ea benevolentia, secundum quam volumus amicum esse, & habere bona, quod irrationalibus non volumus, nisi secundum quod ad hominem referuntur: neque concordia, secundum quod eadem volumus, & agimus amicis; quod ad irrationalia esse non potest, cum nobiscum in eisdem operibus non possint communicare: & ideo non possunt diligi ex charitate, sicut ad quæ charitas terminatur; possunt tamen diligi ex charitate; sicut ea quæ amor, quem charitas includit, terminatur, qui est amor concupiscentiæ; sicut amicus amat possessiones, & alia sui amici, non tamen ad ea amicitiam habet. Nec ista dilectio est tantum imperata ex charitate, sed etiam elicita: quia charitas elicit actum dilectionis non tantum ad ea quæ principaliter est charitas, sed etiam ad alia quæ in illa ordinantur; & sic diliguntur ex charitate inanimata, in quantum ordinantur ad ea ad quæ principaliter, & directe est charitas.

includitur, quamvis ad illud amicitia non sit; & hic amor ordinatur ad amorem alicujus quod principaliter amatur, & concupiscentiæ dilectio dicitur; sicut amicus dicitur amare sanitatem amici sui: & hoc modo virtutes ex charitate diliguntur.

Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus loquitur de dilectione quæ Deus est, qua diligitur proximus effective, & exemplariter.

Ad secundum dicendum, quod virtus, vel honestum non est causa finalis quare amicus diligitur, sed formaliter facit eum diligibilem: unde non sequitur quod virtus sit magis diligibilis, vel eadem ratione diligibilis; sicut non sequitur quod albedo sit magis alba quam corpus album.

Ad tertium dicendum, quod diligitur dilectionem, ad charitatem pertinet, sed non sicut ad quod charitas terminatur.

Ad quartum dicendum, quod charitas terminatur ad illa quæ ad beatitudinem referuntur sicut possibile participare beatitudinem. Sic autem non refertur ad beatitudinem virtus, quia virtus beata fieri non potest.

Ad quintum dicendum, quod finis ad quem principaliter terminatur charitas, est ipsa beatitudo in creatura. Sed de beatitudine creata est eadem ratio & de virtutibus.

ARTICULUS II.

Utrum creaturæ irracionales ex charitate sint diligendæ.

1. 2. quest. xv. art. 3. & de verit. quest. 11. art. 7.

1. **A**D secundum sic proceditur. Videtur quod creaturæ irracionales ex charitate diligendæ sint. Omnis enim dilectio meritoria ad charitatem pertinet. Sed aliquis potest meritorie diligitur aliqua irrationalia, sicut cum quis diligit ea referendo in Deum, vel quia factæ sunt à Deo; vel quia jurant tendentes in Deum. Ergo creaturæ irracionales sunt diligendæ ex charitate.

2. Præterea. Caritas facit hominem conformem Deo in diligendo. Sed Deus ex charitate diligit creaturas irracionales. Sapient. xi. 25. *Diligis omnia quæ sunt.* Ergo & homo ex charitate creaturas irracionales diligit debet.

3. Præterea. Creaturæ rationales sunt ex charitate diligendæ, quia in ipsis est similitudo Dei. Sed in creaturis irrationalibus invenitur aliqua similitudo Dei, licet non tanta sicut in rationalibus. Ergo irrationalia sunt ex charitate diligenda.

4. Præterea. Fides est virtus theologica, sicut & charitas. Sed fides extendit se etiam ad irracionales creaturas, secundum quod homo eas à Deo creatas credit; & divina providentia regit. Ergo & charitas.

Sed contra, Augustinus dicit, Lib. I. de Doct. Christ. cap. xxxiii. quod illa sola sunt ex charitate diligenda quæ nobiscum societate quadam referuntur in Deum. Sed irrationalia non sunt hujusmodi. Ergo non sunt ex charitate diligenda.

Præterea. Caritas includit benevolentiam, ut supra dictum est, dist. xxvii. art. 1. Sed benevolentia non potest esse ad irrationalia, ut dicit Philosophus in VIII. Ethic. cap. 11. Ergo nec charitas.

(1) Sic exempla omnia, & mss. teste ipso Nicolajo, qui ad marginem supplet. Dilectio inanimatorum ad charitatem pertinet sicut eorum quæ aliis volumus tanquam bona, non sicut ad quæ charitas habeatur. (1)

lia irrationalia, quæ sunt unius generis nobiscum. Sed animalia irrationalia non possumus diligere ex charitate. Ergo multo minus Angelos.

Sed contra. Proximi sunt diligendi ex charitate. Sed Angeli sunt nobis proximi, ut dicitur in littera. Ergo sunt ex charitate diligendi.

Præterea. Amicitia facit amicos idem velle, & ejusdem amicos esse. Sed Deus ex charitate diligit Angelos, sicut & nos. Ergo & nos debemus ex charitate Angelos diligere.

SOLUTIO.

Respondeo dicendum, sicut dictum est, quod charitas non potest esse, sicut nec amicitia, nisi inter eos qui eandem vitam participant. Vita autem hominis, & Angeli est duplex. Una quæ competit eis secundum naturam suam; & sic homines, & Angeli non communicant in eadem vita; sed homines ad invicem, & Angeli ad invicem, quia convenit eis circa easdem operationes occupari. Alia vita utriusque est per gratiam, secundum quam fiunt participes divinæ vitæ; & in hac vita communicant & ad invicem, & cum Deo. Et ideo secundum hanc vitam potest esse amicitia eorum (1) ad invicem, & hæc amicitia est charitas.

Ad primum ergo dicendum, quod vita humana dicitur dupliciter: vel quæ est secundum humanam naturam, & sic non communicant Angeli in vita humana: vel quæ est hominis secundum participationem divinæ vitæ, & sic communicant in humana vita.

Ad secundum dicendum, quod nati sunt ad invicem conversari homines, & Angeli in patria, quando erimus æquales Angelis, ut dicitur Matth. XXI. & sic in hac vita aliquo modo cum Angelis conversamur, in quantum Angelicam vitam in terris ducimus.

Ad tertium dicendum, quod amicitia non requirit æqualitatem æquiparantiam, sed æqualitatem proportionis, ut scilicet unus amicorum operetur ad alterum secundum suam proportionem, ut dicitur in VIII. Ethic. cap. VII. tamen magna inæqualitas amicitiam solvit, quando scilicet non communicant in eadem vita.

Ad quartum dicendum, quod cum Angelis magis communicamus quam cum brutis quantum ad animam; sed cum brutis quantum ad corpus, & ad virtutes corporales. Homo autem, ut dicit Philosophus in IX. Ethic. cap. IX. magis est id quod est ex parte animæ quam ex parte corporis: quia in unum quodque est id quod est potissimum in ipso: & ideo, simpliciter loquendo, magis distamus à brutis quam ab Angelis.

ARTICULUS IV.

Utrum ad malos homines charitatem habere debeamus.

2. 2. quæst. xxv. art. 6.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod ad malos homines charitatem habere non possumus. Charitas enim exigit communicationem in divina vita, quæ est per gratiam, ut dictum est, dist. XXVI. quæst. I. art. 2. Sed hæc vita non est in peccatoribus. Ergo non sunt ex charitate diligendi.

(1) Forte supplendum & nostrum. (2) Al. in charitate. (3) Al. contrarium, ut magis iustis iocundus magis iocundus

ARTICULUS V.

Utrum dæmones ex charitate sint diligendi.

2. 2. quæst. xxv. art. 11.

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod dæmones ex charitate sint diligendi. Lev. XIX. 18. (1) Dilige proximum tuum. Glossa: „Proximus non propinquitate sanguinis intelligendus est, sed societate rationis.“ Sed dæmones, & damnati nobiscum habent societatem in ratione. Ergo sunt ex charitate diligendi.

Præterea. Dictum est, art. præc. quod malos debemus diligere ratione naturæ, quæ in eis bona est. Sed, sicut dicit Dionysius IV. cap. de div. Nomin. in dæmonibus est etiam natura bona: quia bona naturalia per peccatum non amiserunt. Ergo sunt diligendi ex charitate.

Præterea. Omnem creaturam rationalem quam Deus diligit, ex charitate diligit. Sed Deus diligit dæmones, quia diligit omnia quæ fecit. Ergo ex charitate diligit eos, cum sint rationales creaturæ. Ergo & nos ex charitate debemus eos diligere.

Præterea. Quod facit ad cumulum nostri meriti, & ad Dei gloriam, debemus ex charitate diligere. Sed dæmones, in quantum nos tentant, nobis proficiunt, sicut in II. Lib. dist. VI. dictum est: & iterum gloria Dei in eis manifestatur. Ergo sunt ex charitate diligendi.

Sed contra. Cum amicis communicandum est. Sed omnis communicatio ad dæmones est nobis interdita: (2) unde Isaia XXXVI. reprehenduntur illi qui dicuntur cum morte, & inferno pactum iniisse. Ergo dæmones non sunt ex charitate diligendi.

Præterea. Augustinus dicit, Lib. I. de doctr. chr. cap. XXV. quod proximus ex charitate diligitur, vel quia iustus est, vel ut iustus sit. Sed dæmones neque iusti sunt, neque iusti esse possunt. Ergo ex charitate diligendi non sunt.

SOLUTIO.

Respondeo dicendum, quod, sicut prædictum est, ex charitate diligitur aliquid dupliciter: uno modo sicut id ad quod habetur charitas; alio modo sicut id ad quod terminatur aliquo modo amor, quem includit charitas, in quantum ordinatur ad aliquod eorum ad quæ habetur charitas. Primo igitur modo dæmones non sunt ex charitate diligendi: quia non communicant nobiscum in vita divina neque acta, neque potentia; & similiter est etiam de damnatis. Unde Philosophus dicit in IX. Ethic. cap. III. quod amicitia est dissolvenda ad illos qui sunt insanabiles propter malitiam abundantem. Hæc autem insanabilitas quamvis in hac vita contingat in quibusdam, consideratis humanis viribus, non tamen contingit nisi post hanc vitam considerato ordine divinæ misericordiæ. Charitas autem attendit quod divinum est, sed amicitia quod humanum est: & ideo amicitia politica dissolvitur ad illos qui secundum humanas consideraciones insanabiles sunt effecti, quod etiam in hac vita quandoque contingit; sed charitas non dissolvitur ad aliquem in hac vita, quantumcumque sit malus: quia adhuc secundum ordinem divinæ misericordiæ manet possibilitas ad vitam glo-

(1) Vulgata: Diliges amicum tuum. (2) Al. deest unde.

tur intellectus cognoscentis; sicut in primis principiis, & ex his ad alia derivatur; & ipsa quidem cognitio, secundum quod stat in principiis, accipit nomen intellectus; secundum autem quod derivatur ad conclusiones, quæ ex principiis cognoscuntur, accipit nomen scientiæ. Sed quia cognitio principiorum est in conclusionibus sicut causa in causato, & è converso cognitio conclusionis est in principiis sicut effectus in causa; ideo etiam dicuntur intelligi conclusiones, & sciri principia. Similiter & affectus amantis primo figitur in ipso amante, & ex eo derivatur ad alios, ut Philosophus dicit in IX. Ethic. cap. IV. quod ex his quæ sunt hominis ad seipsum, venerunt ea quæ sunt hominis ad amicum, dum se habet ad amicum sicut ad seipsum. Nec est mirum, quia unita ad similitudinem se habent eorum quæ sunt unum. Et quamvis nomen amicitie imponatur proprie secundum quod amor ad alios se diffundit, tamen etiam amor quem quis habet ad seipsum, amicitia, & charitas potest dici, in quantum amor quem quis habet ad alterum, procedit à similitudine amoris quem quis habet ad seipsum.

Ad primum ergo dicendum, quod Gregorius loquitur quantum ad primam impositionem nominis charitatis.

Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit de amicitia secundum quod importat amorem diffusum ad alios.

Ad tertium dicendum, quod illa quæ sunt unum secundum numerum, possunt adhuc uniri per affectum; & ideo potest esse amor etiam proprie dicitur ad seipsum.

Ad quartum dicendum, quod amicitia consistit in adæquatione quantum ad affectum, sed iustitia in adæquatione rerum. Sed per operationem animæ possunt accipi sicut diversa ut unum, ita idem ut plura; quod contingit quando actus animæ in ipsum agentem reflectitur: & ideo amicitia magis potest esse ad se quam iustitia; quam etiam iustitia possit esse hominis ad seipsum metaphorice dictum, in quantum in homine etiam diversa secundum rem inveniuntur, scilicet diversæ vires, quarum adæquatio in eo quod unicuique competit; iustitiam metaphorice facit, ut in V. Ethic. cap. ult. dicitur.

Ad quintum dicendum, quod amare seipsum quantum ad hominem exteriorem nimis est vituperabile; sed amare seipsum quantum ad hominem interiorem est valde laudabile: & hoc est charitatis.

ARTICULUS VII.

Utrum diligere debeamus corpora nostra ex charitate.

2.2. quæst. xxv. art. 5. m. 1. ff. de leg. 1. l. 1. §. 1.

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod corpora nostra non sint ex charitate diligenda. Charitas enim non refugit conversationem cum eo ad quem charitas est. Sed charitas facit refugere communicationem ad corpus, ut patet Rom. VII. 24. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Ergo corpus non est ex charitate diligendum.

2. Præterea. Philosophus dicit in IX. Ethic. cap. VIII. quod vituperabile est hominem seipsum diligere quantum ad id quod est exterius in seipso. Sed corpus nostrum est maxime exterius. Ergo vituperabile est corpus nostrum diligere: ergo non diligitur ex charitate.

(1) Al. autem.

3. Præterea. Beatitudo nostra erit in fruitione Dei. Sed illius fruitionis corpus nostrum particeps esse non potest. Ergo non est particeps nostræ beatitudinis: ergo non est ex charitate diligendum.

4. Præterea. Pars non ponitur in numerum contrariorum. Sed corpus nostri pars est. Ergo non debet poni aliud diligibile corpus nostrum quam nos ipsi.

5. Præterea. Proximum debemus diligere sicut nos. Sed non ponitur aliud diligibile proximus, & corpus proximi. Ergo non debet poni aliud diligibile nos ipsi, & corpus nostrum.

Sed contra. Eph. v. Viri debent diligere uxores suas sicut corpora. Sed uxores debent diligere ex charitate. Ergo & corpora.

Præterea. Omne beatificabile est ex charitate diligendum. Sed corpus nostrum est beatificabile. Ergo est diligendum ex charitate.

SOLUTIO.

Respondeo dicendum, quod corpus nostrum est unum de quatuor quæ sunt ex charitate diligenda. Dilectio enim charitatis habet pro fundamento communicationem beatæ vitæ principaliter, ut ex dictis patet, & vitæ gratiæ secundum quod ordinatur ad ipsam. Hæc autem vita tripliciter habet relationem ad habentem charitatem. Est enim uno modo in aliquo sicut in principio diffundente vitam istam in alius, & sic est in Deo. Est (1) etiam in ipso amante, sicut in participante vitam istam; & hoc dupliciter, quia secundum animam principaliter, & per quamdam redundantiā secundum corpus. Est etiam in aliis sicut comparticipantibus, & sic est in proximo. Et ideo quatuor sunt ex charitate diligenda, scilicet Deus, proximus, nos, & corpus nostrum.

Ad primum ergo dicendum, quod charitas non refugit communicationem corporis, secundum quod est capax gloriæ, sed secundum quod est subjectum miseriæ, quæ impedit ad gloriā.

Ad secundum dicendum, quod hominem diligere seipsum secundum exteriorem naturam in his quæ repugnant rationi, est vituperabile; sed in his in quibus natura exteriori interiorem concordat, est laudabile.

Ad tertium dicendum, quod quamvis corpus non fruatur Deo immediate, tamen ex anima fruente erit quædam redundantiā gloriæ in corpus.

Ad quartum dicendum, quod unusquisque homo proprie dicitur esse id quod est nobilissimum in eo, ut dicit Philosophus in IX. Ethic. cap. IX. Unde dilectio sui ipsius intelligitur quantum ad ea quæ ad animam pertinent: & ideo dilectio corporis dividitur contra dilectionem sui ipsius, non sicut pars contra totum, sed sicut pars contra partem.

Ad quintum dicendum, quod corpus proximi, & anima in eadem relatione se habent ad habentem charitatem respectu beatæ vitæ, scilicet ut simul participans: & ideo non distinguitur diversum diligibile penes animam, & corpus proximi.

EXPOSITIO TEXTUS.

De secundo, & quarto nulla præcepta danda erant. Contra. Lex debet universaliter hominem de omnibus ordinare quæ ad virtutes pertinent. Præterea. Dilectio Dei similiter erat omnibus insita naturaliter. Et dicendum, quod sicut se habent scientiæ speculativæ ad cognoscenda, ita se habent

lex ad operanda. Unde sicut in scientiis speculativis magis amato per vitam corporealem, sicut in quærentibus non traditur doctrina de principiis per se notis, quibus aliam vitam accidit, vel in quantum per corporalem naturam cognoscuntur, sed tantum de conclusionibus quæ per ea cognoscuntur; ita neque lex de quibus mala, quibus carere melius æstimant quam vitæ terminat explicite de dilectione sui ipsius ad quam vitam corporealem habere. Oritur autem hic quæstio. Videtur quod dilectio illa oritur, sicut conclusiones ex principiis. Dilectio Angelorum, & beatæ Virginis, & Christi, secundum quod homo, non continetur in dilectione proximi, sed magis debeat reduci ad dilectionem Dei, quia supra nos sunt. Et dicendum, quod Deus est supra nos quasi influens nobis æternam vitam; sic autem neque Angeli, neque homo virtuosus, neque Christus, secundum quod homo, supra nos sunt: quia sicut sola Trinitas nos creavit ad vitam naturæ, ita ipsa sola nos sanctificat vita gratiæ, & beatificabit vita gloriæ. Sed sunt diligendi sicut simul nobiscum participantes à Deo vitam æternam; & in hoc juxta nos sunt; quamvis sint supra nos in hoc quod plenius participant.

Nemo unquam carnem suam odio habuit. Contra. Multi seipsum interficiunt, ut dicit Philosophus in IX. Ethic. cap. IV. propter abundantem malitiam. Et dicendum, quod vitam suam corporealem quilibet diligit naturaliter; sed quod aliqui ad mortem suam corporealem anhelant, hoc contingit per accidens, vel in quantum retardantur ab aliquo bono maiori in hoc quod plenius participant.

DISTINCTIO XXIX.

De ordine diligendi, quid prius, quid posterius.

POST prædicta, de ordine charitatis agendum est: quia dicit sponsa; Cant. II. 4. „ Introduxit me Rex „ in cellam vinariam, & ordinavit in me charitatem. „ Videamus ergo ordinem, quid prius, quid posterius esse debeat. Peccat enim qui præpostere agit; nam scire quid facias, & nescire ordinem faciendi, non perfectæ cognitionis est: ordinis namque ignorantia conturbat meritum formam. Ordinem autem diligendi Augustinus insinuat, Lib. I. de Doctr. christ. cap. 27. dicens: „ Ipse est qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligit quod non diligendum est; aut non diligit quod diligendum est; (3) aut „ amplius diligit quod minus est diligendum, aut æque diligit quod minus, vel amplius diligendum est; „ aut minus, vel amplius quod æque diligendum est. Omnis peccator, in quantum est peccator, non est „ diligendus; & omnis homo, in quantum est homo, diligendus est propter Deum; Deus vero propter „ seipsum; & Deus propter se omni homine amplius diligendus est; & amplius quisque debet Deum diligere quam seipsum. Item amplius alius homo diligendus est quam corpus nostrum: quia propter „ Deum omnia ista diligenda sunt; & potest nobiscum Deo homo perfrui, quod non potest corpus: quia „ corpus per animam vivit, qua fruimur Deo. „ Audisti aliqua de ordine charitatis; ubi expressum est nos amplius debere diligere Deum quam omnes homines, vel nos ipsos; & amplius animam alterius hominis quam corpus nostrum. In enumeratione etiam quatuor diligendorum, superius posita prius ponitur quod supra nos est, secundo quod nos sumus, tertio quod juxta nos est, quarto quod infra nos est; ubi ordo diligendi insinuari videtur ex ratione enumerationis. Non est autem apertum, utrum omnes homines pariter debeamus diligere tantum quantum & nos, vel minus.

An omnes homines pariter diligendi sint.

UNDE & super hoc semper movetur quæstio, quam perplexam faciunt. Sanctorum verba varie prolata. Quidam enim tradere videntur, quod pari affectu omnes diligendi sunt; sed in effectu, id est in exhibitione obsequii, distinctio observanda sit. Unde Augustinus, Lib. I. de Doctr. christ. cap. XXVII. 4. „ Omnes homines æque diligendi sunt; sed cum omnibus prodesse non possis, his potissime consulendum est „ qui pro locorum, & temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus, constrictus tibi quasi quadam sorte junguntur. Pro sorte enim habendum est, quo quisque tibi temporaliter colligatus adheret, „ ex quo legis potius illi dandum esse. „ Idem super Epistolam ad Galat. cap. VI. „ Operemur bonum ad „ omnes, maxime autem ad domesticos fidei, id est ad Christianos. Omnibus enim pari dilectione vita æterna optanda est; (a) etsi non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia, quæ fratribus maxime „ sunt exhibenda: quia sunt invicem membra, quæ habent eundem patrem. „ His, aliisque testimoniis, vel auctoritatibus innituntur qui dicunt, omnes homines pariter diligendos esse charitatis affectu; sed in operis exhibitione differentiam faciunt.

Quæ his repugnare videntur.

Quibus obviat illud præceptum legis, Exod. xx. 12. de diligendis parentibus. „ Honora patrem tuum, „ & matrem tuam, ut sis longævus super terram. „ Ut quid enim specialiter illud acciperetur de parentibus, nisi majori dilectione forent diligendi? Sed hoc illi referendum dicunt ad exteriorem exhibitionem. In III. Sent. Tom. III. §. 1. dicitur: „ Sicut enim non debet esse dilectio nisi ad bonum, ita non debet esse dilectio nisi ad bonum. „

(2) Al. utrobique spiritualiter. (3) Al. deest. aut amplius diligit quod minus est diligendum. Ex EDIT. P. NICOLAI. (a) Hucusque tantum in expositione sua super Epist. ad Galatas; unde autem cætera non occurrit.